

desuper factæ nullius sint momenti. (2) Quod responsio ad articulum impertinentem pro non data habeatur, Gail. l. 1. Obs. 81. n. 12. p. 144. Licet verò reus cum probatione suarum exceptionum admittatur; tamen & accusator cum suis probationibus in contrarium audiendus est, ne ad unius saltem instantiam causa tam ardua decidatur.

IV. *Ordinatio commissionis*, ut nimirum certi deputentur, quibus committatur, denominatos testes super articulis istis examinare, & testium dicta consignare, prout ipsi ore tenus ea deponunt, sine omissione, vel additione vel minimi verbi; nisi quod ad supplendum sensum fortean possit facere. Illi tamen Commissarii maturabunt processum, non ut reo adimant defendendi facultatem, sed saltem ut limitent & circumscribant tempus ad defendendum, ne reus per abusum facultatis ad defensionem concessæ illam malitiosè protrahat. Limitare autem tempus defensionis non est tollere defensionem. Zieriz. ad h. art. p. 161.

V. *Requisitio Prudentum*: Nimirum si in præsentî casu aliquod dubium occurrat, ut tum Judex illud cum prudentibus & legum peritis communicet, & eorum iudicium seu consilium requirat, quid in proposito casu sit faciendum. Ne itaque in processu quoque peccetur, Imperator JCtorum consilium requirendum esse constituit.

ARTIC. CLII.

Articuli defensionales, si non concludant.

So des Thäters gegebene Beweisungs-Articul nicht beschliessen.

Saber die obgemeldte Beweisungs-Articul durch den Richter mit gehabtem Rath der Verständigen darfür erkant würden/ ob gleich solche erbottene Beweisung geschehen/ daß die dannoch nicht dienlich zu des Thäters Entschuldigung wäre/ so soll die Beweisung nicht zugelassen/ sondern aberkant/ und alsdenn durch den Richter und Gericht/ da der Thäter innen läge/ mit fürderlichem Rechte weitergehandelt werden / wie sich gegen einem solchen bekantlichen offenbaren Thäter gebühret.